



## Anni sancti Mensis septimus Julius.

1. **S.** Edmundus singulari in B. Virginem amore enituit : hujus honori indies Rosarium & Officium persolvit : Vesperis ante effigiem ejus prostratus orat diutius : Novennis vocat castitatem, & annulo se despondet B. Virgini. *Ex vita.* Festum B. Virginis cras celebratur ; vide quâ illud devotione agere velis. Renovabis certè propositum indies recitandi Rosarium, vespersi ante ejus effigiem orandi, castitatem sollicitè custodiendi.

2. Berchmannus his verbis, quo esset in Mariam animo, testatus est : Mille corda si haberem, millenis B. Virginem amarem. Item : non sum securus, nisi verum & filialem erga beatam Virginem habeam amorem. *Ex vita.* Idem dic & senti. Securus non es, nisi Mariam verè & filialiter diligas. Sed quid hoc est ? filius Matrem diligens cavet ab omni, quod matri displicet. Cave & tu ab eo, quod Mariæ displicet. An verò displicere ei non credis orium tuum, tepiditatem in oratione, Confessione, &c. Consuetudinem illam pravam &c. hæc amove, & Mariam filialiter diligis. Mille vitas & corda ei debes ; unum cor, vitam unam ei impende. Statue hodie, id facere deinceps.

3. B. Aloy-

3. B. Aloysius ad verbum turpe ab aliis prolatum mox rubore perfunditur, demittit oculos, aut tacens dum monere non audet; aut carpens liberè; uti senem septuagenarium accerrimè propterea insectatus est. *Ex vita.* Imitare: Castitatem amantibus singulis res hæc cordi esse debet. Parum abest ab opere, qui linguæ suæ & auribus omnia permittit. Et utinam non post multos etiam annos verbum turpe, diu antè casu auditum, effectum habuisset longè fœdissimum; habuit certè sæpe, & eò induxit adolescentes, cæteroquin piissimos, quo nullus dæmon inducere poterat. Fuge tu, potissimum, qui toties dicis, nihil te dicturum esse contra honorem Virginis. Fuge sermones tales.

4. S. Alexius primâ nuptiarum nocte sponsam deserit amore castitatis: per sepredecim annos constans est in perferendis convitiis & injuriis plurimis in ipsa adedò domo paterna, quam ignotus incoluit. *Ex Vita.* Sanctè incipere parum est; perseverare & quidem per tot annos hoc enim vero cœlo dignum est: In hoc imitare S. Alexium, constanter observando proposita facta; quod ut fiat, pete hodie à sancto Alexio gratiam.

5. Viennæ in Gallia Sodalis innocentissimus ab impio seducitur ad scelera maximè horrenda, ipsam adedò Magiam. Duobus in vita tali exactis annis petitur à dæmone abjuratio Dei per adolescentem facienda. Hic diem delibera-

berationi impetrat. Die illo territus Lugdunum abijt ad Magistrum quondam suum, *In via variè à dæmone tentatur, ne pergeret; mors etiam intentatur.* Juvenis invocata beatâ Virgine pergit; quærens ex dæmone, cur ergo tam diu mortem mihi non intulisti? hoc accepit ab eo responsum: Nec voluntas mihi defuit, nec conatus: prohibuit Domina tua, cuius te clientelæ commiseras. Stupet juvenis amore B. Virginis, abijt Lugdunum, confitetur, emendatur. *Ann. S. 7.* O Studiose, ubi esset anima tua, nisi B. Virgo obstitisset? animet te hoc, ut incipias esse alius, & devotius famuleris magnæ Matri. Disce etiam, quo detestandum consortium deducat.

6. Adolescens nobilis Romæ concioni interfuit: dixerat Concionator noster, remedium contra peccata omnia, præcipuè lasciviæ, optimum hoc esse: indies semel Salutationem Angelicam recitare cum hac oratione: O sancta Virgo, dono tibi oculos meos, aures, os, manus & cor meum: juva me, ne unquam offendam Deum ac te: cum fuero tentatus, statuo dicere: Sanctissima Virgo sum tentatus, succurre Domina: ego sum Jesu & Mariæ, quibus me donavi. Audiit hoc adolescens, & quia turpissimam in lasciviis consuetudinem contraxerat, remedium hoc amplexus est. Emendatio secuta est mirabilis & constans; adeo ut in tentatione fateretur, ne posse se quidem peccare, post preces tales; adeo manifestum

B. Vir-

B. Virginis auxilium se sentire Legneri. Facile, efficax remedium; Obtulisti te Deo & B. Virgini; offer te eidem indies; offer linguam, oculos, manus tuas: invoca in tentatione Dominam tuam: Opem senties.

Antonius quidam in Italia minimum per annos aliquot egerat, successu si corpus spectes (ipso saltem Iudice) felici; si animam infelici. Focis enim, etiam turpibus, vita libera assuetus de pietate prima parum retinuit. Vixerat jam annus aliquot vitam hanc; Cum die quidam in Theatro cecum agit non sine inuentium plausu, caritate à Deo Iudice puniatur. Abductus à Theatro sortem suam infelicem considerat. Et ecce adest Mairona quaedam (talem enim vox manifestaverat) qua huc eum verbis alloquitur: Satis datum est nugis. Satis servitum oculis profanis; nunc ut te inspiceres, oculis te Deus orbavit. Agnosce Dei potentiam; relictis ludicris saluti consule. In patriam & ad Deum reverti vis? Veni, dux ero. Dixit & ad Lauretanum domum, ubi confiteretur, deinde in patriam reduxit, saluberrimis monitis instructus, qua & ipse ad mortem usque constans implevit. Pexent. O quoties Ducem vita nova se tibi obtulit eadem Virgo! quoties tibi inlamarit: Satis datum est nugis: saluti tua consule. Tu quid egisti? despexisti Ducem hanc. Antonius ille si despexisset, an non actum de salute ejus fuisset? fuisset certe. Time ergo & saluti tua, nisi obsequaris. Inclamat denuo: Satis datum est nugis; sat & orio: satis consuetudini illi: consule saluti tua. Tu obsequere.

7. B. Aloysius Patri à vocatione implenda abstergere volenti dixit: Etiam si mundum totum promitteres, non id impetrabis, ut Dei voluntatem non sequar. Ad objectas verò difficultates reposuit: Si in Religione servi re tantum gulæ vellem & otuari, cœlum non sperarem. *Ex vita.* Constans esto in vocatione ea, quam vides amplectendam. Nulla te res absterreat. Sed & in rebus aliis nullo promissio ab implenda Dei voluntate arceri te permittas. Quantillum verò est, quo subinde arceris. Paululum quieris in otio est: paululum voluptatis in consortio, in cauponis, in lusu: & Deum deseris: Deum offendis? Aliud statue.

8. Friburgi erat, qui omnium monita protervè respuebat, corporis cultum formamque sollicitè nimis quærebat, de anima nihil sollicitus. Sacellum beatæ Virginis vice quadam ingressus, post preces pauculas ad B. Virginem fusas totus in alium fuit mutatus. *Ann. S. 7.* Mutareris fortassis & tu, si ferventiores ad beatam Virginem preces funderes pro emendatione tua. Roga B. Virginem enixè, impetrabit tibi à Deo gratiam.

9. 5. Vincentius Ferrerius refert fuisse juvenem, qui eo usque in sceleribus devenerat, ut gloriæ sibi duceret esse impium. Irritæ aliorum monitiones & minæ erant. Cœlesti opus fuit remedio. Nocte dormienti Christus apparet stipatus Angelis, & vultu ad Angelos converso ait: Et quid facit hic audax & facinorosus?

tanto

tanto tempore meâ abutens patientiâ in peccato vivit obstinatus : aut vitam mutet , aut quamprimum ad meum hoc tribunal evocetur, ut debitas scelerum suorum pœnas luat : His dictis somnium evanuit : Evigilavit juvenis , ad eò territus , ut præ horrore incannerit. Sed non capillos solum , verum & vitia mutavit : Confessionem seriam peregit ; vitam emendavit. *Segneri.* Utinam hunc ipsum effectum in te haberent tot Concionatorum, Confessariorum monita, tot inspirationes internæ , quibus ad vitam meliorem impelli te sentis ! Recordare verborum illorum : Aut mutet vitam , aut ad tribunal evocetur. Memoria iudicii extremi te à peccato absterreat ; ad bonum impellat. Time offendere Judicem tuum.

10. S. Udalricus adhuc puer mirè delectatur lectione vitarum Sanctorum, & studet ea, quæ per ætatem poterat imitari. *Ex Vita.* Cultus Sanctorum optimus est eos imitari. Si ad manum non sunt vitæ Sanctorum , saltem quotidiana hæc exempla imitare constanter. Tot tibi in cœlo Patronos concilias quor virtutum exempla imitaris.

11. Taurini Sodalis ab equo calce petitus grave vulnus accepit. Pudor & verecundia , quod nollet permittere partes læsas à chirurgo tangi, rem celaverunt. Inde terribiles exortidolores , quibus coactus rem Confessario aperit. Jubet is confestim aperiri Medico ; sed eò jam deducta res erat , ut remedio locus non esset.

iet. *Ann. S.7.* Admirare pudoris tenacissimam  
adolefcentem : in eo etiam imitare ; In verbis  
& operibus verecundiam fac semper præferas  
singularem ; Hæc enim Castitatis comes &  
custos est.

12. In Austria Infimista quidam Officium  
B. Virginis etiam æger ex libello recitare non  
omisit : recitans illud obiit , pertinaciter aded  
hærente intra digitos libello , ut vi nullâ avelli  
posset ; hinc cum eo ceu sui in Mariam amoris  
Tesserâ sepultus est. *Lechn.* Studiose, an non  
malles cum hoc apparere coram tribunali Judi-  
cis, quàm cum illis , qui tenentes manu folia  
picta oppressi à domo corruente , ad æternita-  
tem abrepti sunt , suæ in regulas inobedientiæ  
signum secum deferentes ? Vivens ergo imita-  
re Sodalem illum ; constanter Virginem piissi-  
mam venerare.

*Adolescens in Gallia lusu & potationibus tempus  
omne transigere solitus , dum vice quâdam de mor-  
in canpona versatur. sermone de animarum immor-  
talitate exorto , sic impiusissimus auditus est garrire :  
Me quod attinet, si quis animam meam emere vellet,  
facile de pretio cum ipso convenirem ; pretium omne  
pro potu exponerem & communi latitiâ. Ingressus  
paulo post demon mercatorem mentitus. pretium pe-  
titum solvit impio. Estur interea, potatur, luditur ;  
Vesperè facto demon impium illum cum corpore &  
anima ( frenum veluti cum equo , uti in similitudi-  
ne proposuerat ) stupentibus omnibus rapit ad Tarta-  
ra. Spec. Ex. ❊ iniquum anima aestimatores!*

An-

14. S. L.

*Animam* Christus tanti fecerat, ut ineffabiles pro ea dolores sufferre non horruerit; & impius uno alterove floreno vendat. Dignum styge flagitium. Studiose, an tu simile non perpetrasti! Augustinus dicit: Peccator animam suam vendit diabolo, acceptâ, tanquam pretio, dulcedine temporalis voluptatis. Quoties peccasti graviter, toties animam vendidisti: pretium erat voluptas fœda & brevis. O turpe facinus! an repetes posthac? Adverte etiam, quo deducat inconsulta illa ludendi potandique consuetudo. A cauponarum visitatione & potu, ad quales eheu sermones, ad quas blasphemias, quales lusus, qua furta, quas lascivias, ad qua Tartara ruunt precipites Juvenes cœci? Ne patiaris te seduci ad cauponas &c. a Tum est de innocentia, de castitate, de beatitudine tua.

13. Neapolitanus Sodalis in via sceleratum aliquem offendit, blandè eum alloquitur, ad templum deducit, habere se inquiens quod loquatur; rogat emendationem. Sceleratus facilem se ostendit fore, modò lucrum ex peccato habitum compensaretur. Tum Sodalis: Pone metum, ait; quinque denarios meo labore indies parare possum; tu duos accipe. Movetur alter charitate hac, & emendat se. Duacensis erat, qui omne tempus à studiis reliquum dabat erudiendis parvulis. *Ann. s. 7.* Quid tu pro salute animarum aliarum? quid ad impedienda peccata hodie ages? annon datur occasio peccatum aliquod impediendi, vel alterum ad opus aliquid bonum excitandi.

14. S. Laurenrius Justinianus tempore calidissimo

diffimo ad levandam sitim incitatus, ait : Quo-  
modo feremus purgatorii calores, si parvam si-  
tim ferre non possumus. Hinc aquâ abstinuit,  
sitim toleravit, ut calores æternos evaderet. *Ex*  
*vita.* Frequens fortè occasio est imitationis hu-  
jus : Dum siti premeris, cogita, quæ illa dam-  
natorum futura sit sitis. Et hanc ne pati coga-  
ris, elige mortificare gulam tuam ; non tantum  
superfluas potationes in cauponis &c. sed etiam  
subinde necessarias subtrahendo aut differendo.

15. S. Hermannus Joseph tristabatur ali-  
quando ; quod ob labores plures orationi vaca-  
re diutius non posset : sed erigebatur à B. Virgi-  
ne, jubente, ut labores generosè peragat, hos  
enim, ajebat, sibi gratiores fore. *Ex vita.* Stu-  
dia tua si intentione debitâ suscipiantur à te, res  
Deo & B. Virgini gratissima sunt. Hæc, si ne-  
gligantur, ne ipsæ quidem preces Deo placere  
possunt.

16. Anonymus Sodalis B. Virginis effigiem  
præteriens eam semper colere solitus fuerat ;  
hoc dum die quodam ex more agit, audit vo-  
cem : Confitere. Eandem die sequenti repeti  
advertit. Ergo integram de tota vita confessio-  
nem paravit. Vix peracta erat, & in platea ob-  
ambulans globo trajicitur, moriturus morte im-  
provisâ, nisi hac ratione B. Virginem colendo,  
speciale hoc beneficium obtinuisset. *Ann. S. 9.*  
Imitare ; transiens B. Virginis effigiem cole eam  
verbis pauculis : Ave Maria. Placet hoc B. Vir-  
gini ; hinc S. Bernardum id agentem resalutare  
digna-

dignata est Virgo inquiens. Salve Bernarda.

17. Oeniponti sodalis incredibili cerasorum recentium desiderio tenebatur : jam hortum petierat, ad arborem cerasis onustam accesserat, satisfactorius libidini intemperanti. Adest cogitatio de victoria sui, etiam in rebus minimis Deo grata. Ergo ut tantò major illa esset, in arborem enititur, per horas duas ibidem versatus preces B. Virginis honori persolvit. Consideratione cerasorum & occasione his fruendi, irritata summo opere fuit orexis & libido intemperantior ; sed altiore incendi sui studio accensus adolescens oculis omnia, gula nihil concessit ; ex arbore velut trophæo sui erga Deum & B. Virginem amoris invicti descendens domum lætior rediit, ac si animum explevisset cibo desiderato fruens : Rarissimos cœli favores hæc ei victoria attulit. *sod. Parth.* Leve hoc tibi videtur : ergo facilius imitari poteris. O si scires, quanto Deus præmio rem hanc iudicio tuo levem remuneretur in cœlis ! Vince te ! vince in occasionibus similibus plurimis, quæ tibi indies occurrunt. Tot tibi coronas nectis in cœlo, quot refers de te hac ratione victorias.

18. B. Stanislaus intimè rerum humanarum naturam penetrans aiebat. Nihil in mundo amore nostro usque adeò dignum est. Ipse totum se ad amandum Deum convertit fervore tanto, ut sæpe frigidâ exterius levare debuerit calor internus. *Ex vita.* O quàm teper tuus in Deum amor ! quod signum amoris divini in te ?

Creaturam illam, socium illum, voluptatem illam in otio, lusu, &c. tantopere amas: Deum tuum quando amabis? elice hodie ferventes aliquot actus amoris.

*In Belgio quidam è Patribus nostris ad carcerem evocatus, ut adolescenti necdum vigesimum primum ætatis annum egresso, ad mortem condemnato adesset; ubi carcerem intrat; vehementer commoveri reus, harere, gemere, ejulare, demum in Patre hoc Magistrum quondam suum fateri. Stupuit Pater mutationem mirabilem; sciverat enim eum piissima vitæ exemplar toto quinquennio extitisse. Sed adolescens vitam omnem referens, totam perditionis causam pravorum consortio adscripsit. Conscientiâ ritè expiata, dum carnifex carcerem subit reum educturus; novo adolescens horrore concuti, alitèr inclamare in carnifice suum quondam condiscipulum, & illum Magistro gratum, agnoscere. Quo omnium stupore quis dicat. Finit vitam mortalem adolescens manu carnificis condiscipuli, assistente suo olim & carnificis Magistro. Pexent. Spectaculum verè lugubre. Et quo non deducit societatem pravam? O quàm chari suo Magistro discipuli paulò post in profligatissima vita mores ruunt hodieum, utinam non ex his ad tartara. Obstrue fontem: Time societatem omnem suspectam.*

19. Sassaritanus Sodalis provocatus ad duelum excusabat se dicens, gladium suum esse obtusum. Stringe, aiebat alter, quid enim gestas? ego, reponit iste, ego ut stringam nequeo; nam sodalitii Præses jam diu gladium meum vaginæ affixit, ut convellere non possim. Egerat Præses

de materia hac in concione quadam ; hanc ille utilitatem hauserat. *Lechn.* Quam tu è tot concionibus utilitatem hauris, an opere ipso implere laboras, quod in eis inculcatur ? Recordare divini oraculi ; Scienti, & non facienti, peccatum est. Satage hac septimana implere, quod in exhortatione postrema propositum est.

20. S. Procopius eodem prorsus modo, quo olim S. Paulus, conversus, totum se Christo, & ejus obsequiis immolabat ; miram inter horrendos cruciatus fortitudinem præferens agebat : Quid jucundius quam pro Christi nomine pati ? *Pexenf.* Quando tu tandem converteris ? quando te totum Deo immolabis ? quando inter tentationes fortitudinem Christianam exhibebis ? si pati pro Christo jucundum est, an non & vivere ? Christo vive ; hoc est, ex ejus nutu, voluntate & imperio vive : Sathanam deseres ; ejus tentationes vince ; præcipue in te hac,...

21. Juvenis erat sub instructione Hugonis Abbatis Bonæ Vallis, qui à primo fervore multum remittens vitam impiam repetere cogitabat. Hugo his eum verbis allocutus est : Fili mi miserere animæ tuæ. Si hic manseris, promitto futurum, ut societatem in cælo cum Sanctis omnibus habeas. Pauculis dictis animatus juvenis constans in pietate perrexit, à Sanctis ipsis ante obitum visitari meritus. Paulò ante mortem gratias egit Hugoni pro consilio & monitis, periturum se alias in inconstantia sua affirmans. *Spec. Exemph.* Imitare iisdem verbis, te-

metipsum ad perseverantiam hortare. Er̃t,  
cum agnosces & gratias ages iis, qui jam non  
sine tua molestia te monent. Hodie spe merce-  
dis æternæ non repete peccatum hoc....

22. Sodalit die aliquo summo mane ad Col-  
legium Germani, cum Romæ accurrit, seque ad  
conscientiam expiandam Dei Matris & S. Jose-  
phi ope tandem esse permotum affirmabat, ad-  
dens: Nocte illâ oblatum sibi sive somnium ef-  
se sive visionem; in qua à stygiis spiritibus sibi  
videbatur detrudendus ad orcum, cò quod à  
confessione jam diu abstinuisset; ne tamen cò  
detruderetur, opem à B. Virgine & S. Josepho  
allatam esse: certum sibi jam esse edixit, vitam  
eam agere, quæ tali periculo deinceps liberetur,  
& constantes Liberatrici Virgini & S. Josepho  
gratias persolvere. *Nadasi.* Habes & tu Studio-  
se, cur easdem persolvas gratias. Hæreses, ne  
dubita, jam inter inferos, nisi Virginis clemen-  
tia te servâsset. Posthac vitam age aliam: Cave,  
Mysteria sacra diu negligas; negligendo enim  
hæc innumera salutis media tibi subtrahis. Sed  
quâ ratione tantum beneficium obtinuit Soda-  
lis ille? id quidem historia non refert, refert de  
viro per sex annos sacrilegè confessio, dein de-  
cem annis continuis Sacra omnia refugiente,  
qui unâ concione ad vitam suam miseram dese-  
rendam motus, gratiam servatæ hætenus salutis  
adscriptit jejuniis sabbathino, quod in B. Virgi-  
nis honorem observaverat. Scilicet minima  
etiam remuneratur Virgo clemens. Noli inhu-  
jus

jus cultu tepefcere : Jejunium ſabbathinum ,  
preces quotidianæ , & ſimilia ſigna ſunt alicujus  
ſaltem erga Virginem tantam affectûs.

23. Adoleſcens quidam Religionem deſere-  
re cogitabat , ut matri ſuccurreret : jamjam  
abiens Chriſto crucifixo valedicit , & audit vo-  
ces has : Magis te alui ac mater tua , ne me ejus  
cauſa deſeras. His commotus manſit conſtans.  
*Spec. Ex.* Idem tibi dici cogita , dum à ſocio aut  
dæmone ad ſcelus aliquod , hoc eſt , ad deſeren-  
dum Deum invitariſ : Magis te alui , majorem  
tibi charitatem exhibui , ac ſociuſ ille , ac dæ-  
mon : Noli ergo me offendere , me deſerere , no-  
li hoc peccatum facere , ut illi obſequariſ , ut il-  
lius amorem conſerves. Statue hodie fortiter  
rejicere petitiones aliorum iniquas ; non deſere-  
re Deum ob gratiam hominiſ.

24. Adoleſcens à prima ætate teneſſimè B.  
Virginem colere ſolitus , quotidie devotionem  
ſuam formulæ repetitione inſtaurabat. A con-  
diſcipulo amicitiaſ ſpecie invitatus , primò tan-  
tùm ad colloquia , dein ad ambulatiunculas , ad  
luſus , demum ad magicâ in ſylvis ſpectacula :  
Obſecutus eſt cæcuſ ; nomen etiam ſuum dæ-  
moni tradit , variis à dæmone ſpectaculis recrea-  
tus : domum redux ſcelus agnovit , Religionem  
petit. Socii irati dæmonem in eum immittunt ,  
à quo per dies quatuor obſeſſuſ eſt Juveniſ.  
Spem unam in B. Virgine poſuit : formulam ſo-  
dalitatiſ in charta exarat ringente dæmone : &  
dum ſcribit : *Suſcipe me &c.* Adeſt Virgo , reſ-  
pondet :

pondet : Fiet : Liberatur deinde dæmone , recipit scedam dæmoni datam ; B. Virgini vivit noviter obstrictus. *Paxen.* O consortia quo deducitis ! fuge ! formulam illam Sodalitatis sæpè renova.

*Posonii Sodalis Sanctissima Sacramenta tantum abiter frequentare, nihil à consuetudine, in qua vivebat pessima, remittere solius, insannem aliquando noctem cogebatur exigere ; post conscientia querelas & morsus ante Dei tribunal sibi stare visus est, & coram tormentis inferni intueri. Rationem reddere iussus de repiditate sua, cum non haberet, quod responderet, obmutuit. Denique ad B. Virginem & Sanctos, quos videre sibi videbatur, conversus, eorum intercessionem flagitat, emendationem spondet ; dilationem sententia à Christo Iudice alias pro tota aternitate ferenda impetrat, noctu adhuc ad nostros veniens animam expiavit. Nadasi. Sodalis. si tuis in auribus resonaret hodie vox illa : Redde rationem de vita tua, & præcipud de sanctissimis Mysteriis tanto tepore susceptis, quis tibi animus esset ? quid proferre posses, quo damnationem averteres ? Nota, quod dixi : Adolescenti illi imminabat damnatio, eò quod sæpè quidem Sacramenta suscipiens, nihil tamen de consuetudine pristina remisit. An non & idem in te reperies ? qua emendatio tua post tot confessiones ? quid timendum hoc, ne confessiones plures vero destituta sint proposito, adeoque sacrilega damnationem tibi, non salutem allatura. Terribile est, quod legitur de Patre, qui 30. post obitum suum annis apparens filio suo, preces ab eo postulans, ei indicabat, confessiones omnes hoc tanto tempo-*

re ab ipso factat sacrilegas fuisse; eò quod non ex animo serio, sed repuditate suscepta, proposito firmo consuetudinem malam eradicandi fuerint destituta. Timeo, timeo ne plurimum studiorum confessiones sint similes, eorum scilicet; qui tantum pœna metu, tantum ex consuetudine, obiter, negligenter, eas peragunt; parum de emendatione solliciti. Tu curam impende summam negotio huius, de proposito & emendatione esto sollicitus.

25. Panormi Sodalis per speciem colloquii evocatus à formina, non obscurè positas Castitati insidias advertit. Licet ergò negotia urgerent, nunquam tamen vel transire per plateam illam voluit. *Lechn.* Imitare: Occasionem peccati fuge: fuge cauponas, domos suspectas, consortia illicita, in quibus non semel tantum offensam à te Dei maiestatem nôsti. Ipsa occasionum reperitio displicet Deo: hinc P Segneri refert de viro, qui accesserat domum antea sceleris adjutricem, facto quidem firmo proposito peccati non admittendi; vi tamen quadam occultâ abreptum se inde advertit.

26. In Aragonia juvenis vitæ liberæ amans, Concionem aliquam intraverat: audit has inter alias Concionatoris voces: Triennium jam est, quo Divina bonitas passâ est moras tuas: Cave ne sine mora illius iram experiaris. In se hæc divinitus dicta credit; nam tanto tempore vitam impiam egerat: igitur pœnitentiam incepit, ad vitæ finem continuavit. *Lechn.* Incipe tandem & tu. Jam diu te tolerat divina bonitas

ras. Time, ne in furore justo te perdat. Incipe hodie ejurare vitam præteritam : hodie esto alius.

27. Adolescens fuit, qui cum per Matrem à Religione adeunda avocaretur, ad objectiones omnes unum hoc reposuit : Volo salvare animam meam. Ingressus religionem vixit in ea tepidè. Videre sibi nocte quadam visus est Matrem coram Tribunali Divino, se verò inter damnandos : audiit has à Matre voces : Fili, ubi sunt voces illæ : volo salvare animam ? quomodo eò infelicitatis delapsus es ? Expectatus totus à se mutatus est : causam interrogatus aiebat : Si vultum Marris increpantis ferre non potui, quomodo vultum justici Judicis feram ? *Specul.* Ecce timor Judicis à peccato cohibet. Memor esto & tu Judicis illius ; & time cum offendere : hoc . . . peccato.

28. Fulco adolescens vanitati addictissimus nocte quadam jacebat in somnis : diem optabat, ut vanitati vacare posset. Sed orta in animo cogitatio hæc est : quid si biennio integro inter tenebras jacere, in lecto hoc licet suavi cogereris, quo auro non redimeres supplicium hoc ? & quomodo agetur inter inferos cum damnato ? Commotus hac cogitatione ordinem religiosum ingressus est, vitam vivens sanctissimam. *Drex.* Commovereris & tu, studiose mi, si vel semel seriò hoc cogitares, quid sit, æternum jacere inter inferos ! cœlites ! quàm terribilis, quàm potens est æternitatis memo-

ria! poterisne tu æternum in incendio illo terribili perseverare? poterisne? ecce lecto molli ne vel unâ nocte quietus, potes incumbere, & rogo gehennali possis! O studiose, studiose! memento veritatis terribilis: æterna sunt inferorum supplicia. Fuge fuge, quidquid eo te potest dejicere.

29. B. Aloysius die S. Communionis, quam angelicâ prorsus modestiâ suscepit, die inquam toto omne hominum consortium vitat; non nisi orationi vacans, & Lectioni sacræ. *Ex Vita.* Imitare: discce tempus adeo sanctum benè impendere. Inexcusabilis est malitia tua, si eodem die peccata tua reperi, linguam Christi cruore purpuratam contamines, quibus nescio loquelis & narrationibus; si pedes manè Christo inflexos quo nescio dirigas. Stude hac in re B. Aloysium imitari: lege librum spiritualem, plus temporis orationi consecra. Ostende id die proximo, quo sine dubio in Magni S. Ignatii honorem devotionem tuam perages.

30. Adolescens Anonymus tentatus à muliere, renuit obsecundare primum: dicente verò muliere: Sacerdos te statim absolvet; inquit: solvi quidem à Sacerdote possum, sed ego me scelere obstringere non possum, nec debeo. *Ann.* Cave unquam pecces ideò, quia facilis est remissio; facilis confessio. Peccatum terribile est: præsumptio de misericordia Dei. Horres ad rem hanc? ah utinam rara adeò inter studiosos esset, quàm terribilis est.

31. Colonienſis quidam B. Virgini à puero devotus, ejus imaginì adſolvi indies conſueverat, & preces pro felici morte perſolvere. Morbo gravi proſtratus totus ad B. Virginem confugit, hanc unam in corde, hanc in ore habebat affiduè, pridie mortis matri affirmat, vitam à ſe eſſe Deſparam, à qua ad cœlum invitaretur: ergo expiatâ rursus conſcientiâ in amplexu B. V. expirat pacatiſſimè. *Ann. S. 7.* Non eſt auditum quenquam à Maria derelictum, qui eam conſtanter & ſeriò invocaverit. Tum maximè adeſt, quando omne humanum deeſt auxilium. Viſ ut adſit tibi in morte, cole eam in vita. Infelicem crede diem illum, quo eam non honoraveris per preces conſuetas.

*Adoleſcens Læſivus Luſitanus puellam caſtiſſimam ad ſcelus immane ſolicitare auſus eſt: ut armatâ irumpens in cubiculum ejus, cumque nihil precibus, & donis profeciſſet, gladium ſtringit, aut conſenſum, aut vitam extorturus. Non ceſſit Virgo, paratam ſe mori potius quàm Deum offendere, ingeminabat; opem fixi in cœlum oculi à Virgine Virginum ſolicitabat: Maſculos repente ſpiritus concipit, collectiſque viribus aggreſſorem invadit. domo protrudit. Letalem plagam, ſuomet divinitus ferro inſectam, ſenſit impius; pudore & dolore plenus domum reverſitur. Sanato utrinque vulnere (ô inſaniam! ô impudentiam!) ad Virginem revertitur, repetit preces & minas: Virgo opem Maria denuo invocat: & ecce prodigioſum ſupplicium! juvenis manu inviſibili feriente graviffimè vul-*

vulneratus, oculis caligine pressis, cubiculo pedem  
effert, moxque necessarius sacramentorum subsidio  
destitutus repentinâ morte temeritatem luit. Nadasi.  
Mors infelix Stipendium peccati! Resipiscere de-  
buerat impius poenâ primum inflicta; sed quo non  
rapit passio excacata? studiose, ne dixeris peccavi,  
& quid accidit mihi triste! altissimus enim est pa-  
tiens redditor. Nondum punitus es majorum forte  
scelerum reus? agnosce & lauda Dei clementiam.

Peccare etiamnum vis? exheresce justi-  
tiam Eo te momento mors potest  
obruere, quo peccatum audes  
perpetrare.

